**N**otandū est q̄ reperiū quedā medietas/ que dē maxima et pfectissima, et est que reperiūt in. 4. terminis/ et tribus interuallis, in qua alie tres famatae proportionabilitates reperiūt/ vt in istis quattuor teris. 6. 8. 9. 12. vīi 12. ad. 8. et. 9. 6. est proportionalitas geometrica. 7. 12. ad. 9. et. 9. ad. 6. est proportionalitas arithmeticā. et. 12. ad. 8. et. 8. ad. 6. est proportionalitas armonica: quia qualis est p̄portio. 12. ad. 6. talis est excessus. 12. ad. 8. ad excessus. 8. ad. 6. vtrobīgenū est dupla proportionis.

**N**otabis/ q̄ datū est documentū superius ad inueniē dū que p̄portio sit vīius proportionis ad alterā hoc mō querere quo sunt media geometrica int̄ extremos numeros maioris proportionis cōparate/ uno addito, vt si vis scire que sit proportionis octuple ad dupla, respice que sunt media geometrica int̄. 8. et. 1. in dupla proportione/ et inuenisti q̄ sunt. 2. vīcī. 4. et. 2. q̄ qualis est p̄portio. 8. ad. 4. talis est. 4. ad. 2. et. 2. ad. 1. et sic et āt duo mēdia/ addas vīū, et erunt tria/ et sic dices octuple ad dupla esse proportionē triplā: et causa est q̄a in octupla cōtinēt tres dupla/ sed sunt alie proportiones que nō se- quunt hēā regulā hoc est hot documēto non possumus discernere que p̄portio sit vīi⁹ ad alterā: et tu seruabis hoc documentū in illis/ in q̄bus p̄ximū documentū non cōuenit/ videoas quo sunt dupla in illis/ si ex duplis ille cōponans vel triplex/ si ex triplis: et cōpara duplas vel

# Tractatus

# Propotionum.

triplas vnius ad alterius duplas triplas. Exempli. Vis scire que sit pportio octupla ad quadruplicem tu vide octupla quo duplas habet: et vides habere tres v. c. 1. ad. 2. 2. 2. ad. 4. et. 4. ad. 8. hoc ipsum vide in quadruplicem quo habet duplas: et vides habere duas et triplas ad duas duplas est pportio sequialtera: et sic dices octupla ad quadruplicem esse proportionem sequialteram. Itē si vels scire que sit pportio sedecupla ad octuplicem vide quo duplas habent sedecupla et itē octupla vides sedecupla habere quatuor et octupla tres, et quattuor duplax ad tres duplas est pportio sequitaria, et ita facies in omnibus. Sed si pportio comparata fuerit cōposita ex duplis et altera v. c. minor ad quā sit comparatio ex triplicis vnius ad alterā est pportio irrationalis: oportet enim utrāq; duplis vel triplicis cōponi. Hec regula supra dicta maxime vallet in multiplicibus dūmō in illis sit aliquā pportio multiplex. Nā in alijs semper est pportio irrationalis: quare sequitur ad sequitaria irrationalis est pportio. Itē sequitur ad sequialteram irrationalis pportio.


## Undecima difficultas.

**T**ru aliquae pportiones supparticulares aut suppartites: aut vna supparticularis et altera superparties, nō excedentes numerū binariū possint cōponere re triplicem aut quadruplicem aut maiorē his. Ad quā difficultatē respōdeo per propōnes. Prima sit. Nulle due supparticulares possunt cōponere triplicem pportio triplicem cōflatur ex una dupla et una sequialtera, sed nulla supparticularis potest equari duple igitur intentū. Secunda ppo. Nulle due pportiones/quaꝝ vna est supparticularis et altera suppartiens possunt cōponere triplicem patet: qā nulla suppartiens potest duple eq̄ui. Tertia propo. Alique due suppartientes possunt cōponere triplicem et maiorē ea. Exempli. Super tripartites quartas et sup quintipartites sextas cōponunt proportionē que est. 77. ad. 24. que est triplicem sup quintipartientes vigeſimas quartas, et ita due suppar. cōponunt vna triplicem: imo maiorē ea: et quo infero quoddā subtile corollariū. Quod l resultas ex duabus sequialteris equaliter excedat pportionē duplā, sicut pportio resultas ex tribus sequialteris excedit triplicem: tñ pportio resultas ex quattuor sequialteris nō equaliter excedit quadruplicem: s̄z multo magis: et similiter pportio cōposita ex quinque quintuplicem nō excedit equaliter: imo ex quattuor sequialteris resultat pportio maior quintuplicem et ex quinque sequialteris resultat pportio maior septupla: imo maior septupla prima p. Nā utrobius est excessus pportio sequipla secundū p. qā pportio. 81. ad. 16. que est maior quintupla cōponit ex istis quattuor. 81. ad. 54. 34. ad. 36. 36. ad. 24. 24. ad. 16. quarū quelibet est sequialtera. Similiter pportio. 243. ad. 33. que est maior septupla: imo maior septupla resultat ex istis quinq; videlicet. 243. ad. 162. 162. ad. 108. 108. ad. 72. 72. ad. 48. 48. ad. 32.

**H**ode ad maiorē doctrinā iam dicto: qā pportio maioris inequalitatis minoris inequalitatis et equalitatis scđz doctrinā Brabardini primo. c. sua. propos. atq; scđz doctrinā Lalcu. in. c. i. sui operis nō sunt ad inveni cōparabiles ita qā si petieris an subdupla sit maior aut minor quā cētupla, aut eglis tu dices petitionē esse malā. Nā predice proportiones nō sunt cōparabiles et ita vna earū nō est altera maior neq; minor / neq; equalis, sicut Arist. 1. de celo dicit / qā vnu infinitū non est alteri cōparabile: ita qā vnu infinitū non est altero maius neq; minus: neq; equalē.

**H**ode etiā si vis scire in qua pportione se habet vna pars aliquota ad aliam: vt si vis scire in qua

proportionē se habet vna tertia ad vna quartā: multipli-  
cabis numerū a quo denominat tertia / per numerū a  
quo denominat quartā / vt dicendo ter quater sunt. 12.  
quo habito inuenisti in numerū habentē tertiam et quartā:  
vide ergo que sit tertia duodenarij et est quaternarij: et  
que sit quarta duodenarij / et est ternarius, hēc se igitur  
tertia ad quartā in seq̄teria. Vide Aluan thomā pma  
parte proportionū. c. octauo suppositione quarta.



## Pusculo pro-

portionū iam finē imposuisse  
nisi me rogauiſſent quiddā ve-  
re amici vt aliquid de illa cele-  
bri questione vtrū a pportione  
equalitatē fiat actio scripto mā-  
darē / qd cū feciſſem venit mihi  
in mente, q vera amicitia non  
nisi cum fenoſe promissa abſol-  
uit: ideo placuit pro fenoſe vt sorti par sit questionem  
ſcribere de Antiparisthāſi.



Uero igit̄ vtrū a pportione equalita-  
tis vel minoris inequalitatis fiat actio / si

cūt sit a pportione maioris inequalitatis.  
**D**ico dēcīſione questionis pono ali-  
quas conclusiones. Prima est a  
pportione minoris inequalitatis fit  
actio si sit sola comparatio in gradu. Nā frigiditas vt. 6.  
agit in calore vt. 8. vt patet ex materia de reactione: et  
eodē mō fit actio a pportione equalitatis: imo remiſſum in gradu et minoris activitatis quā sit passum resi-  
ſtētē: agit in passum dūmō adiuvet a maiori quātitate  
forme substancialis, que cū illa qualitate supereret resistē-  
tiā: et sic dixit Aui. 2. i. c. de eo qd comedit et bibit, remiſſum nō agit in intēsum, nūi cū multū factū fuerit, et  
multoties reiteratum.

**S**ecunda cōclusio. Licet sit pportio maioris inequa-  
litatis caloris ad frigiditatem nō fit actio deo nō suspen-  
dente activitatē caloris: et omnibus alijs quisquis se-  
clusis. Patet supposito qā qualitates contrarie se cōpa-  
tiant, adimplete latitudine in gradib; remissis fit vna  
resa calorē habēs vt. 6. frigi. vt. 2. et alia calorē vt. 7. frī-  
gi. vt. i. prima sit. a. scđa. b. b. agit in a. calefaciendo et cor-  
rūpendo frigus a pportione. 7. ad. 2. que est triplicem se-  
quelatera: ergo. a. agit in frigiditatem. b. a. pportione. 6.  
ad. 1. que est septupla. Nā si triplicem sequaltera potuit cor-  
rūpere frigus / quare nō septupla. Dicit bene. 2. conclu-  
sio qā nō semp a pportione maioris inequalitatis pro-  
uenit actio: nā est regula qā agens potius agit pportio  
assimilare si hipassum: quā pportio habere pportionē maioris  
inequalitatis: vnde cū est passum assimilatum nō fit actio  
et sic est de. a. respectu. b. in calore et nō ecōuerso.

**T**ertia cōclusio. Aliquando a pportione maioris  
inequalitatis, nō fit actio qā sequeret inveniēs in na-  
tura, vel passum nō habet cadere intra sphēram actu-  
tatis agētis naturalis. primū patet / de aqua inclep-  
dra vt dicit Arist. cū est clausa per superius: et de la-  
pide vndicē circūdato aere rarissimo qui nō descendit / ne  
detur rariꝝ rarissimo et de colūna infinita lapidea que  
distet a cētro vna leuca / nō descēdit, qā nō hēt punctū  
mediū qd fiat in medio vniuersi vt bene dicit Gregorij  
in primo sententiarū dist. 4. 4. questione. 4. arti. 3. Secū-  
dū patet, qā asinus digerit paleas / quas nō leo qui est  
calidior asino, et de ferro qd eliquat strutio camelii et  
nō leo, qui est calidior qd evenit ex causa dicta, nō ca-

# Tractatus

# Propotionum. Fo.vi.

dere infra sphera activitatis huius venit ex hoc quod non habet unam qualitatem que est proprietas occulta passiva per quam patitur ab hoc et non ab hoc.

**C**Quarta conclusio. Loquendo de maioritate et minoritate quo ad activitatem et resistentiam non sit actio a proportione equitatis nec minoris inequitatis: sed solum a proportione majoris inequalitatis non tamem semper; sed moderationibus illis adiectis per conclusiones nostras.

**P**versus quartam conclusionem illo modo intellecta domo principali instat. Volo quod in una equilibra sit unus magnes vnius libri in alia vero aliis tantum poteris cum uno ferro poteris vnius libri: nullus brachio per equilibre ad aliquam partem declinat: sed a proportione majoris inequitatis non sit actio. Dicas quod ibi rotar causa est: et ferrum non sustinet a statuta: sed a solo magnetice: et solus magnes ibi poterat super statuta. ut dicit Buardinus in proposito et author de sex inconuenientibus tertius.

**S**econdo principali arguo summodo unius magnetem qui si possit attrahere unius ferrum diuidatur tamen magnes quam ferrum in duas medietates constat experientia, quod attrahit: sed eadem est propositio coiunctio et divisorum: sed cum erat integer poterat trahere, et erat propositio minoris inequalitatis: ergo a proportione minoris inequitatis sit actio.

**P**ro solutione argumenti noto aliquo. Primus quod si esset unus scilicet in duas medietates constat experientia, quod attrahit: sed eadem est propositio coiunctio et divisorum: sed cum erat integer poterat trahere, et erat propositio minoris inequalitatis: ergo a proportione minoris inequitatis sit actio.

**S**ed si esset unus ferrum ad modum rotae figli et esset in centro magnes non attraheret illud: quod non potest ad unam partem quam ad aliam. Tertio de principali dico quod si magnes non possit trahere ferrum aliquod vnius libri diuisio ferro in duas medietates posset: quod non est tanta resistentia in illis diuisiis ut in coiuncto. Dico tamen quod si diuidatur in medietates magnes non crediderim quod medietas magnetis possit trahere medietatem, ubi totum non potest trahere totum. Nam multiplicium et submultiplicium eadem est propositio: et sic patet responsio argumenti.

**T**ertio principali arguis positis duobus aureis equalibus in statuta: vides quod statuta vacillat nunc uno et brachio ascendente nunc altero: sed a proprieate equitatis sit actio: dicas illud esse, quod una est positio cum impetu trahendi deorsum, et sic pellit aliud in altum ad certam distantiam, post illa aer diuisus unitur et in illa unitione facit descendere potus et sic sit alternatum: eadem est experientia de rotar hinc inde vacillanti: quando iam est in fine motus si tandem ponerentur aurei sine impetu non mouerentur.

**Q**uarto principali sic arguis si a proportione majoris inequitatis puerit actio: sed a proportionib[us] equalibus puerit equalis velocitates primas est nota: quod latitudo velocitatis est latitudo proportionis: secundas est falsitas: quod probatur vnius mediū maius et aliud minus: quod resistat a non gradu usque ad 4. et sunt due posse. a. et b. equalis abe ut. b. et a. mouetur super maius b. sed super minus et h[ab]et vel. a. mouetur equaliter ut. b. vel. vel tardius: si primus est semper mouetur. a. ab illa proportione qua. b. est in equali resistentia media ut est. b. igitur. a. in equali tempore maius spaciū præssib[us] et velocius mouetur quod est contrarium tui dicti. prima autem est nota. secunda probatur quod si eadem latitudo vni. difficitur est in maiori spacio: quod est in minori equali punctus equaliter resistens majoris. plus difficitur a suo initio, quam idem punctus equaliter resistens minoris: si dicas quod mouetur velocius: sed a. maiori proportione quam. b. sed in minori resistentia peto in quanto minori est resistentia: quam aliud si dicas in duplo minori quam aliud: sic arguo: sumo infinita media semper taliter se habentia ut sequitur sit sub duplo ad primū et sup illa mouentur infinite posse ut. 8. et sequitur aliquā mouentia a proportione equitatis, prout sicut prima est in duplo minori resistentia quam secunda, et secunda in maiori

resistentia prima ex sola duplitate spatii sit: quod prima sit cum resistentia ut. 2. secunda secundum cum resistentia ut. 4. ita fuita erit cum resistentia ut. 8. et ita postea et mouebitur a proportione equitatis et quod deduxi de dupla tunc deduces de sequestrata nec videtur a moueri velocius. b. nec eque velocius nectardius.

**H**uic argumentum r[esponde]t ille clarissimus et doctissimus Luisitanus Aluarus thomas in primo tractatu sui tri. mo. c. 12. quod medium minor est magis resistens majori, et sic ponit quod tardiū mouetur et si argutas posita est in eo equis resistentia dicit quod non oportet equis ad equitatem. n. resistens diffiniri requirit non solum equis resistens in tensione sed extensione.

**S**ed contra sic equalis resistentia in minori plus resistit ille lumen est propter densitatem velocius subiecta esse equaliter rara et sequeuntur resistencias esse eque raras, quod accidentia suscipiunt a subiecto raritate: dicit quod potest dici non resistere magis ratione resistentiae: sed ratione melioris applicationis partium, ut patet de figura rotunda.

**E**t si replicet quod in eadem proportione quod est minus, magis resistit: negat p[ro]mptuas/iz in minori proportione. Sed tunc non r[esponde]t n[on] argumento quod ponit minoris medius, est in aliquo proportione in majori resistentia et si sic datis infinitis tabulis aliquam illarum moueret a proportione equalitatis.

**I**deo firmissime credo uniuersam potentiam et alteram semper fore ad puncta equalis resistentie atque in equali tempore oia transire sua spacia, immo infinite tarde incipere moueri aliquam illarum, si vero ab extremis inferioribus procedat, id est esse semper equaliter gradibus ruderemus quod dicat prefatus doctor quod si inchoetur a remissoribus gradibus, semper correspondet minori gradui illa quod est in medio majori, quod mouetur velocius: sed si ab inferioribus semper majori, et ita tardius moueretur quod si correspondere minori plus in duplo velocius moueretur quam alia: et ita in regressu mediū velocius quam ecouerso. quod nemo diceret. Nam teneo semper correspondere equali gradui ambae posse quod si argutas illa que est in majori medio inequali tempore, pertransit maius spaciū: quod mouetur velocius: fateor et tamen ab equali proportione ego nego.

**P**ro cuius declaratione noto quod resistentia est duplex intensua et extensua. prior est si teneamus quod resistentia distinguatur a re resistente qualitas quedam. si vero non ipsum medium cum tanta raritate aut densitate posterior vero resistentia extensua est predicta qualitas tante aut tanta extensione relata: et sic dicas de raritate. Nam eadem qualitas magis unita resistit magis quam minor unita: ut patet de sphaera disco ergo quod illa ponit quo ad resistentiam intensuam habeat equaliter proportionem cum alia non tamen quo ad intensuam et extensuam obidetur quo ad extensuam id quod mouetur in medio majori, mouetur a majori proportione obidetur velocius.

**C**uarto principali arguis de porrecto et appellat Victruius. i. libro sue architecture cap. 8. et Aristo in mechanica positio super lapide quem appellat pressio: ne quod porrectum una manu eleuat recte numerus ponderosam et a proportione minoris inequitatis sit actio: ut de potere et appellat romanum et positio pondere magno una libra ex alia parte examinata: poterat si sit prope examen quam poterat et plus distans ab examine tamen et adhuc plus magis quomodo eadem res non aucta in potere pessundat ut altera: et magis si minus: ad quod deinde secundum regulam aris in mechanica quanto porrectum plus distat a centro tanto plus eleuat, et sic cum examen sit ubi est centrum ex hoc patet subtiliter intelligenti omnium istorum solutio.

**Q**ueritur utrum unius contrarium per presentiam sui contrarii vigoretur per antiparisthasim. Pro declaratione huius questionis. s. faciam proponam distinctionem antiparisthasis.

**S**ecundo probabo per experientias partem affirmatiuam quoniam. **T**ertio conditiones requisitas ad antipa assignabo.

## Questiones

**C**uarto opinioes q̄ sūt circa māz antipa. c̄xplanabo.  
**C**uesto difficultates circa māz emergētes mouebo.  
**A**d p̄mū dico cū paulo veneto i sūma philosophica-  
li. methco. capitulo. 3. q̄ antiparisthalis est actio/ alicui⁹  
in seipsum p̄ aduentū cōtrarij circumstati: ⁊ dicif ab anti,  
q̄ est p̄tra ⁊ para iuxta tēsis positio quasi iuxta positio  
p̄trarij diffinitio sic declaras cū puteus aut fons tēpore  
fūali ampli⁹ frigefit ex reflexione specie⁹ frigiditatis  
fons ille effici⁹ frigidior ex quo sequit⁹ q̄ nō est incōueni-  
ens aliquid agere in seipsum/ aut in passum assimilatū ac  
tione reflexa dicebas notanter in diffinitione per aduen-  
tū cōtrarij circumstatis, pro quo notandum est duplex esse  
cōtrarij circumstans et penetrans. penetrans est in cuius  
presentia passum nō vigorat: imo destruit. circumstans  
vero est qd nihil agit in passu: imo est causa occasionalis  
fortificā di passum ex quo inferis: q̄ corpora fortia robu-  
sta tēpore hincis/ plus hēnt de sanguine et in estate/ pe-  
ius se hēnt debilia vero ecōtra ⁊ ex hoc habet quare ani-  
malia pauci calorū/ vt sunt ericij et v̄si degūt in cauer-  
nis tēpore hyemali/ nullū cibū sumētā ⁊ veluti mortua  
propter comedisse imoderate tēpore estivali et habere  
ad hyemē multa flegmata ex quibus nutriant. Inferis  
scđo q̄ aliqui in debilibus caliditas extrāca effici⁹ tanq̄  
naturalis, vt patet. 2. affor. vbi iubetur ad curandum  
spatium prouocare febrem.

**S**ed difficultas est de modo quo aliquid agit in seip-  
sum per antiparisthasim an sit per intentionē qualitatib⁹:  
an sola vnione partū: an ex meliore proportione instru-  
menti ad agens principale: an per conservationem plu-  
rium partium homogenearum pro magis agendo vel  
resistendo, sed de hoc infra in quarto a nobis promisso.  
**A**d secundū dubiū. s. probō per experientias partē af-  
firmatiuā aqua projecta in fornace redit ipsu: vinatio  
re antiparisthasi similiter projecta in calce facit calcē effu-  
mare similiter ethicus post comestione exardescit qd eue-  
nit a trāmissione partū subtiliū cibi ad partes corpo-  
ris idē probat. Nā aggregatū ex sulphure ⁊ aspalto qd  
est bitumē iudaicū vt dicit p̄cili. positū ad pluviā pōt in  
cedere domos vicinoz. Similiter flegma vitrē in inte-  
stini detentū, per injectionē clisteris habet lique fieri  
et fieri frigidus. similiter niues eliuate primo vere sunt  
frigidiores ad hec aurora est frigidior q̄ alia pars diei  
in hyeme: ex antiparisthasi. n. luminis solaris efficiunt  
vapores frigidiores itē melones expositi lumen medio  
cri sunt frigidiores quā ad vībrā. Cōfirmat̄ putei fon-  
tes vētres animaliū calidiores hyeme vt Aris. 7. poli-  
thi. Itē habitates in terris frigidioribus vt septētrio-  
nales sunt maiores/ animosiores et calidores vt Aris.  
14. proble. Etiam marmor positū ad solē inuolutū pānis  
sudat gutas/ qd euenit quia eius frigiditas a cōtrario  
intensior effecta aerē sibi proximū vertit in aquā. Can-  
dela in hyeme minus durat/ q̄ in vere ceteris paribus  
in duritate sepi. Ambulantes per aquas citius digerunt  
⁊ famescut qd euenit ex vigoratione calorū: in vase vbi  
fit aq̄ sulphur cū argēto viuo missu: facit aquā bulire.  
**A**d tertiu dubiū dico q̄ antiparisthasis habet quat-  
tuor cōditiones. Prima q̄ sit inter agentia contraria  
actius et passiva. Scđa q̄ sint formalia. Tertia q̄ non  
sint sūma. Quarta q̄ sint equipotentia.

**P**rima conditio patet quia albedo apud nigredinem  
non redit illam intensiorem.

**S**ecunda patet fons circundatus pipere non fit frigi-  
dior/ hec tamen secunda conditio non est vniuersaliter  
vera: vt patet ex experientijs de lumine in aurora ⁊  
de sulphure in aqua: sed intelligatur q̄ cum vñū contra-

rium iuxta ponitur alteri taliter q̄ ex illa iuxta positio-  
ne nō sit diuisio vñū ad minima que est reductio ad ac-  
tū nō fit antipa. sed qñ miscetur et mollescit et diuiditur  
vt piper missum in aquā actuatur et fit antiparisthasis.

**T**ertia consideratio patet nam si sunt sūma non vigo-  
rant quia daretur maius maximo.

**Q**uarta patet quia si sunt contraria non equipoten-  
tia vnum agit in aliud et destruit aliud quia penetrans  
et ideo non vigoratur.

**A**d quartā difficultatē qua queritur de opinionib⁹  
que in materia de antip. versantur dico q̄ in ea resunt  
tres modi dicendi. Primus est Pauli veneti in sūma  
physica in metheo. c. 3. dicentes q̄ illud est per reflexionē  
specierū ita q̄ idē intendit se et agit in passum omnino  
assimilatū actione reflexa/ quod ipse habet in sūma li-  
de gen. sed vt magis iste species declarantur noto has  
spēs in solis primis qualitatib⁹ esse duplices. sc̄ reales ⁊  
intentionales quā p̄ est aliqua cōuenientia ⁊ differentia.

**P**rima conuenientia q̄ nec reales nec intentionales  
sunt contrarie: imo in eodē se cōpatiuntur.

**S**ecunda q̄ quēadmodū intentionales multiplican-  
tur subito aut successiue ita reales.

**S**ed differentiae sunt multe. Prima q̄ species reales  
non sunt imagines representatiue formaliter nec instru-  
mentaliter nec obiecta motuā notitie/ sed species inten-  
tionales sunt quibus posse tactuā format noticiam.

**S**ecunda/ species reales producunt similes qualita-  
tes illis vna sunt genite vt si a calore calorem ⁊ cē.

**E**t ponuntur iste spēs. Primo ne fiat actio de extre-  
mo ad extremū/ quin fiat aliquid in medio: vt patet de  
sole calefaciente infimā regionē et non mediā.

**S**ecundo ne aliquid moueatur motibus cōtrarijs. Nā  
vno frigido/ et alio calido/ inuicē agentibus ⁊ reagenti-  
bus simul mediū deberet calefieri et frigefieri, ⁊ ita mo-  
ueretur motibus cōtrarijs qd evitatur per positionem  
specierū realiū (que similiter in medio producunt et possunt  
similiter produci qd nō sunt cōtrarie.) Nā si sunt eque acti-  
ue nil agetur, quia si agunt eque cito agunt/ et idē mo-  
ueretur. s. passum in qd ageret motibus cōtrarijs si ve-  
ro nō sunt eque actiue que fortiorē assimilabit̄ sibi pas-  
sum/ et sic multa saluantur per has species.

**H**oc modo dissolues illud difficilimū argumentū Cal-  
culatōris/ q̄ in partē repassa/ eadē qualitas intendit  
et remittit. Nā si est calida et repatriatur/ remittit  
calor in ea et intendit ille calor. nā si pars nō repassa po-  
test corrūpere maius frigus in passo/ ḡ minus frigus qd  
est in parte repassa corrūpetur et ita remittit calor et in-  
tendit: ḡ intentū dicendū/ q̄ pars repassa plus resistit re-  
missioni sui frigoris per exigui quā passum: et rō est qd  
passum resistit suis qualitatibus solis/ et non speciebus  
quia nibil applicat species intra se et pars repassa per  
se resistit/ et cū iuuamine passi et specierū applicatarū/  
ratione quorū plus resistit quā pars nō repassa sufficit  
agere/ et sic pars non repassa agit de extremo ad extre-  
mū/ non per mediū quia mediū plus resistit. Alic tamē  
oēs qualitates solas producunt species intentionales/   
quia non sunt actiue sibi similis: sed de his satie. **R**e-  
deundo ad principale propositū/ fit vigoratio cōtrarij  
circundati ab alio/ quia cū tale contrarij habeat ⁊ par-  
tes calidas et frigidas/ si circundat̄ calido producunt spe-  
cies calorū et frigorū: per mediū quā ille que sunt ca-  
lorū inuenientes/ simile/ ascendunt nec reflectunt: sed  
que frigorū fugiunt a contrario et redeunt in pristinū  
locū et sic fit frigidior: si autē circundatur aere frigido  
puteus: species calorū reflectuntur/ et nō alie, et sic fit

calidior puteus in hyeme; frigidior autem in vere. **T**Sed in hanc opinionem simul et ea que de actione reflexa asserit, arguitur primo sic: si per actionem reflexam idem intendet se atque ageret in passum assimilatum sequeretur quod non esset dabilis media regio aeris frigida quia est falsum ergo illud ex quo sequitur falsitas consequentis nota est: nam si sic non essent pluviae nec nubes/ cuius oppositum experientia testatur/ et sequella probat/ supposito quod agens naturale ad tantam distantiam ad quantam desinit agere actione directa propter obstaculum ad tantam distantiam agit actione reflexa ante obstaculum. **I**sta propositio patet experientia: nam idem ignis in loco parvo agit magis intensum calorē/ quam in loco ampio, nec valet si dicatur quod dicit *Entisber. & sophis.* agens naturale quando non valet extendere/ non potest intendere, quia illud est verum/ quod quando non est impedimentum et agens naturale ultra. a. punctum non potest suam actionem extendere nec in. a. punto potest intendere, quo supposito sic arguitur. **S**oi si non esset terra in medio illuminaret per medium/ ubi nunc est terra/ vsque ad celum empirent ex alia parte, sed propter obstaculum terre radij per illam partem non transeunt ergo reflectentur donec rependant id per quod defecerunt ab incessu recto/ ergo cum defecerint ab incessu recto ultra terram/ plus quam sit a media regione aeris usque ad terram, sequitur quod reflectentur usque ad tertiam regionem aeris et ita per istum modum habetur quod radij reflexi a terra attingunt mediā regionem aeris et si attingunt, sequitur quod non est frigida potissima causa frigiditatis eius/ ut in metheo traditur est quod radij reflexi non attin-gant illuc. **C**Propter hoc argumentum tenuit Lud. coro. 7. physicorum quod non est dabilis media regio aeris sub equinoctiali, quia ibi radij sunt perpendicularares et reflectuntur in seipso ut dicit cantua. 2. p. c. i. conclusio. 6. sed in alijs regionibus quoniam radj sunt hippothemisales/ declinant in parte opposita propter equalitatem anguli incidentie reflexionis. 2. p. c. i. conclusio. 6. unde in medio interstutio dabitur locus medie regionis aeris frigide: sed hec opinio non est vera ex illa. n. sequeretur in trapobana non pluvere/ non ventos agitari aut tonitrua quo nihil est falsum. **Q**uare dico frigiditatis medic regionis triplicem esse causam. Una defectus radiorum reflexorum/ non pertingentiū ad illam. Secunda/ quod vapores qui substantialiter sunt aqua/ se illic reducunt ad pristinam frigiditatem. Tertia (qua crediderim meliore ceteris) est quod deus ab ipso mundi primordio totam machinam celestem et stellarum coegeries fecit tali modo proportionatas: ut violentarē aerē illū propter bonū universi. universalē enim bonū preferendū est particulari dāno. individuali. iuxta illud philosophi ethi. i. melius est bonū gentis/ quam bonū universi hominis. **S**ecundo principaliter arguitur si hec vera essent que dicuntur de actione reflexa sequeretur quod virtus unita: non esset fortior seipsa dispersa/ quia est contra Arist. metheo. 2. et sequela probat: nam ignis in loco stricto conclusus siue sit ignis carbo/ siue ignis flama cito extinguitur quod non est aliud, nisi quod actione reflexa alterius se destruit. **A**d hoc argumentum respondetur primo notwithstanding intellectū illius propositionis virtus unita est fortior seipsa dispersa, potest enim intelligi virtus unita est fortior, i. si partes agentis propinquius taceat velocius agit idem massa. i. de gnat. q. 20. per bellum demonstrat quia quā aliqua res agit si sit pedalis agit per istum triangulum sit res pedalis. a. b. et agit in. c. per lineas. a. c. b. c. cū vero rarescit usque ad. e. r. d. agit per maiores lineas/ que sunt. e. c. d. c. quas esse maiores patet, quia majori angulo/ massis latas opponitur. **A**lius posset esse intellectus/ quod

virtus unita est fortior, i. plus agens quod dure crediderim verā esse. **N**ā si sint duo pedalia habentia equaliter de forma eiusdem speciei si unū cōdensaret ageret in aliud; et ita in passuum simile in gradu et multitudine forme esset actio. **E**t si arguas plū resistet ex unitione: ut patet de figura rotunda ut dicit Averrois. 2. col. castellani faciunt suas machinas rotundas/ ut possint resistere in bello/ ergo plus agent nego consequentia, nam resistentia maior esse potest ex unitione partiū non sic actuas quod ad unitō partiū: ut maior actuas attendat penes plū posse agere/ et non penes velocius agere: nam sicut fateor actuas esse ex unitione partiū. **S**ecundo noto quod alio modo ut bene notat Arist. in li. de longitudine et breuitate vite et galeus in li. de ta. extinguitur ignis flama in suffocatorio et alio modo ignis carbo. Nam ignis flama/ habet duplē motū, primū quo se cōuertit ad materiam inferiorem/ siue sit sepū/ siue oleū: et per istū motū subtiliat et cōuertit in fumū materiam grossam/ quia flama est fumus ardens ut dicit Alber. magnus in metheoris: aliū motum habet quo attrahit aerē ne citius consumat vaporē in quo fulcīt quod alia materia inferiorē subtiliet, propter quod ab aere refrigeratur ut consumptio proprii vaporis in quo fulcitur retardet et sic flama in suffocatorio extinguitur, quia citius propter non refrigerari ab aere consumit vaporē in quo fulcitur quā materia inferiorē subtiliet/ ignis vero carbō extinguitur/ propter ea quod omnis caliditas in materia mixta ab humiditate conseruat. cuius signū est quod in fauilla cādente non est flama cū iā est cinis/ et propter esse ignē contentū in loco stricto/ totū calorē/ quē deberet extēdere. i. producere actione reflexā reflectit in se ex quod accedit illius carbonis quod citissima incineratio/ et ex defectu humili extinguitur quā de causa suspensi moriuntur: nam cū caliditas nostra non refrigeratur ab aere in eorum corde et pulmone/ nec se diffundat per canā pulmonis sequitur tanta consumptio humiditatū radicalium cordis et pulmonis/ quod ex defectu humili radicali ibi anima non permaneat quibz mēbris mortuis/ reliqua mēbra mori necesse est. **A**d argumentum ergo in forma dico quod illa propositio virtus unita est fortior, i. velocius agit aut plus resistit ceteris partibus: modo non ponis cetera paria/ quā ponis carbonē in suffocatorio, et extra/ quā a maiori egente corrūpitur in suffocatorio quod extra. **T**ertio principaliter arguitur: sequitur si dicta de acti. reflexa sunt vera/ quod aliquod agens ab extrinseco ageret uniformiter. Sequela patet posito uno luminoso ut. g. quod producat suā latitudinem ab. 8. usque ad non gradū: et in medio distancie posito opaco quod reflectat ante opacū medietatem latitudinis erit iam totū lumen ut. g. quod corollarie cōcedunt in hac materia de actione reflexa sed marsilius. i. de generatione questione. 18. id negat experientia motus quod si quis asperceret litteras ad lumē illius luminosi clarius videret eas prope luminosum ergo lumē non est equale: imo quod durius est cōcedit quod si essent hic plura luminosa similia producentia lumina in medio non intenduntur se illa lumina quia si sic quelibet candela appararet magis lucida cū ibi lumen sit intensius: imo si ponantur duo luminosa ut. 8. in terminis distantibus a se per suā sphēram actitudatis dicit lumina non se intendere ne clumen esse uniforme in medio, quā sequeretur quod in medio illius spaciisque bene viderem litteras, sicut prope luminosa et initititur illi propositio in septime. i. c. prime partis cantuarēs lumina impetrante se habere et diuersitati umbrae projectarū a diversis candelis cū eodem opaco: sed illa dicta quāvis sine probabilitate quae etiā insequitur Georgius bruxel. tamē

## Questions

Véritati non sunt cōsona ideoq; super ista materia ponā aliquas propōnes quas per amplius in nostro tractatu de luminosis discussimus.

**C**hōrīma propō lumina luminosorū eiudē spēi se intē dunt patētē acfē phī. methapysicorum. 5. accidentia solum numero differentia in eodem subiecto existentia differentiam non habent.

**C**Secūda propō licet ita sit non tamē crediderim qd ex interpositione opaci producas lumen ab extrinseco vniiforme. Nā si sic sequeretur qd aliquid luminosum assimilaret sibi passum in puncto medi⁹ quod non contagit qd si concedas peto a quo producitur lumen ut quattuor in opaco: si dicas a luminoso cōtra inuenit ibi gradū vt. 4. ergo non producet: amplius diceres qd luminosum cum rati dispositione pōt in opaco p̄ducer lumen vt. 8. cōtra sequeret qd si poneretur opacū ad quartā partē illius distantie p̄ducere lumen vt. 16. supponēdo qd nō detur maximū in qualitatibus: et ita sequeretur qd luminosum tangentē aliquod opacū fieret lumen infinite intēsum quo nihil est falsū et sequella nota est.

**C**tertia p̄positio licet ex luminis reflexione p̄existens lumen intendatur non tamen intenditur per tantā latitudinem per quantam deficit ab actione recta.

**C**quarta p̄positio rēnes Marthū non conuincit. Nā illa auctoritas cātuariētis lumina imp̄mixta se habere intelligitur. i. cui libet luminoso est proprius incessus rectus quo mediāte agat qui incessus nō est idē alterius luminoso. Si enim due cādele ex duobus lateribus vnius foraminis illuminēt vna ad vna partē foraminis proiec̄t lumen et alia ad alia rationē ad qd positis pluribus cādelis cū sit in medio lumen intēsius vnaqueq; candela apparet lucidior. Nego p̄niam: qd nō toto lumine videatur vnaqueq; cādela: sed solo ipsius lumine, qd illud est spēs illius. Si. n. hic essent plures albedines nō propterea aliq; apparet intēsius alia; qd quelibet vñ spē p̄ propria. Ad aliud de duobus luminosis equalibus ex partibus oppositis collocatis est respōsio qd vniiforme lumen faciūt et cī arguis qd eque bene viderē litteras in medio scut prope candela concederē sequelā nec est experientia in oppositū vel dic secundo qd quēadmodū prope cādela radij directi sunt intēsiores ita et reflexiū de orti erunt fortiores: et qd directi sunt intēsiores qui producuntur a quois luminoso prope se sic reflexiū prope luminosum melius videbit. Ad argumentū r̄ndetur qd nō sequit̄ intēntū, vt p̄ intelligenti tertīā propōnem.

**C**iam cōtra opinionē Pauli veneti de vigoratione cōtrarii per spēs: que etiā est opinio Jacobi forliensis vt

patet prima aphorismorum canone ventres hyeme et vere arguit ille species non habent contrarium ergo non fugiunt a contrario.

**C**hōretra species ille nō possunt esse in eodē subiecto

qd probatur: habitus cōtrarij ideo non se cōpatiuntur

quia inclinant in actus cōtrarios: sed specie ille agunt effectus contrarios ergo non se cōpatiuntur.

**A**d hec argumenta dicas qd licet ille spēs non habeat

contrariū tñab agente producuntur alie species similes

actione reflexa in se propter defendendū se a cōtrario.

Mon enim putes qd eēdē species possint transire de loco ad locū. Nā si sic accidēt transire de subiecto in subiectū naturaliter. dicas ad alia rationē qd aliqua virtualiter contraria se cōpatiunt et aliqua nō. Secundū patet de habitibus, primū patet de aloe qd per exterius constringit vulnera venarū et per interi⁹ aperit venas: qd habet qualitatē cōstrictiā, et apertiā. Et de cepe qd per exterius ulcerat et per interius nutrit: et de vino qd

per exterius desiccat et per interius humectat: et si pētas quare quedā eorū se cōpatiuntur et quedā nō diceā qd ex natura rei et illud quod dicis de habitibus: dice remesse dubiū. Nam Anges tenet in suis moralib; qd habitus contrariū gradibus remissis se compaciunt nec ex hoc probabitur ylla contradictio.

**S**ecūda opinio in materia de antiparisthas est Ugo nis senensis tenētis qd mixtū qd debet per antiparistha sim vigorari. (Dixi notanter mixtū qd elemēta in dispo sitione naturali cū sint sumā nō vigorātur antiparistha si.) Est duplex vniiforme, vñ disforme dicit qd illud quod est disforme deberet vigorari per intēsionē, quia cū patēs vniātū propter fugā: a cōtrario intēsiores ex applicacione intendūt remissiores. Si vero mixtū sit vniiforme non vigoratur per intēsionē: sed quia instrumentū quo operatur/est euāgis proportionatū et expediens pro operādo et resistēdo qd euēnit ex hoc qd plures patēs proportionatas pro resistētis cōtrarij conservatūt stomachus plures partes calidas cōseruat se vniendo et congregādo presente frigido qd calido qd autē per antiparisthas nō intēdatur mixtū vniiforme probat Ugo senē. et nō solū de mixto vniiforme: sed de disformi qd nō intendātētione notabilē: ita qd propter illā operatiōnes fiant multo maiores sicut fuit ex vigoratione antiparisthas: sed intēduntur intēsionē quā dixi ex applicacione partū: qd sic probat alias sequeretur qd in etate senectutis hō esset calidior quā in etate iuētutis patet sic volo qd aliquis fiat nunc senex per primū instans esse et illud fit in hyeme et sequitur qd ex vigoratione cōtrarij calor sit intēsior et sic illatū. Secundo probat qd Alincena iubet. 4. i. c. 20. d̄ari in hyeme farmatias fortiores: atq; flo bothomias cū maiori foramine vene: et dat causam quia humores sunt frigidiores visciosiores et grossiores quod non euēniret si per antiparisthas eset calor intēsior quare huic opinioni aquiesco.

**T**ertia est opinio que est Ludouici coronel. 7. physico rū que est vna pars opinionis secunde quod in antiparisthas vigoratur contrarium ex conservatione pluriū partium quibus resistat aut nō vigoratur ex defectu illarum iam accedo.

 **D**quintū quod promisi. l. difficultates emergetē examinare. Prīma est/qua re cū epā et totū corpū humanū/ sit calidius, caliditate naturali per antiparisthas, in hyeme plus de flegmate mnl tiplicatur cū sit humor diminute dectus. Respondeo per propōnes in hyeme non sit plus de flegmate propter poros esse clausos a quibus reflectantur vapores/conuersi in aquam et flegma. Nam humores non sūnt nisi in epate/presertim naturales. H̄ec est contra Thadeum.

**S**ecūda proposition. In hyeme non sit plus de flegmate propter calorē esse obtusum multis humiditatibus. H̄ec est contra Thomā de garbo. inli. 2. sue sumē. questione quadam de temporibus. Nam illius petitur causa quare cum ille calor sit fortior plurimis humiditatibus/est suffocatus.

**T**ertia proposition. In hyeme plura flegmata multiplicant̄ directōē influētē celestis/ que pro illo p̄ flegmatū multiplicationē dirigit calorē naturalē, vt postea toto alio tēpore vbi noster calor destruit et corpus resolutur/habeat corpus flegmata vnde reficiat. Nā ex flegmate tēpore necessitatis sit sanguis.

**S**ecūda difficultas sit/ cur fortiores hoīes in estate

plus debilitant debilibus. Dico illud esse, qd natu-

ra agit secundū indigentia necessitatis: et qā in debilib⁹ calor naturalis adiuuat ab exteriori: propterea q̄ illud intēdit in fortioribus aut natura illū refutat/veluti nō necessariū. Ideo calor exterior agit in naturā: in agēdo in humiditates mēbrorū/eas desicando.

**T**ertia difficultas. An obtinente cōtrario fiat vigo  
Tratio ex antiparisthasi: ad quod duplex est opinio.  
Una est Pauli veneti/ et Gregorij bruxcl. qd̄ q̄uis vnū contrariū agat in aliud: fit tñ vigoratio per illas spēs reflexas. i.e. ex antiparisthasi et reflextione specierū/ et vniōne partiū nō tā cito destruit passum/ sicut destrueret si nō vigoraret. Scđa est opinio medicorū dicentū q̄ sola vigoratio fit a cōtrario nō obtineti. i. nihil agēti. Nā si agit et destruit passum qm̄ per illius presentiā vigorat assen-  
tio prime opinioni sane intellecte: vt eā declarauit.

**Q**uartā difficultas. Si pōt aqua cōgellari per anti-  
paristhasim. Pro declaratione hui⁹/ noto esse ma-  
ximā differentiā inter hos t̄fros. Coagulatio/ Congela-  
tio/ Cōdensatio. Nā coagulatio fit vel a calido humidū ex primitate remanente terreo/ vel a frigido humidū pro-  
pellēte ad interius. Prioris exemplū est later: posterio-  
ris exēplū est gelu. vnde in coagulabilitia possunt accide-  
re tripliciter: uno mō ex defectu partiū aquosarū/ vt in  
cineribus: scđo mō ex multa permixtione calidi cum ter-  
reo, vt patet in melle, condensat: sed nō coagulat: qā in  
eo terreū et calidum vincunt humidū aquosum. Tertio  
mō ex mixtione aeris et aquosū viscosi, vt patet de oleo et  
argēto viuo. Nā in oleo aer versus in aquā coagulat:  
nō ipsum oleū ex quo inferē coagulata a frigido degel-  
lari a calido: vt patet de vino, sero, aqua pluviali. et ecō-  
uerso. Non tamen est vera regula vniuersaliter. Nā cu-  
rit in homine coagulata est a calido seminali: attamen  
ipsa non eliquatur a frigido: imo induratur.

**C**Scđo infertur/ q̄ que sunt simul aquosa et terrea a fri-  
gio et a calido coagulanſ: vt patet de sanguine qā fri-  
gio et calido coagulat. **C**Infero tertio/ q̄ nō est idē coa-  
gulatio et ingrossatio. Nā ingrossatio est humili euapo-  
ratio cū cōstantia siccī remanētis/ et hec conuenit omni-  
bus humidis dēpta aqua simplici. et hoc dicit Arist. me-  
the. 4. Sola aqua humidū non ingrossatur/ quia non  
habet siccum remanens.

**C**Notabis vltra/ quedā coagulabilitia vtriusq; nature  
participatiā. s. terre et aque a frigido coagulata/ reman-  
ente humido: per calidū mollescere: vt patet de luto: si  
vero a frigido coagulata totū calidū fuit extractū/ vt de  
ferro patet: per paucū ignē mollescūt: vt p̄z de cornu et  
ferro que per magnū ignē elicātur. **C**Lōgellatio vero  
est/qua partes aquose constat per frigidū cōprimens cū  
terrestribus nō tamē se cōmiserit perfecta cōmixtione.  
Nā in degellatione gelu. vides totū gelu ab vna parte  
in aquā fluere. ab alia vero remanere quasdā terrestre-  
tates ita q̄ in gelu, licet sit principale agens frigiditas  
tñ nō debet esse quo cūq;: sed debet esse cōmiserit quasdā  
exhallationes leues terrestres. **E**x quo infertur cau-  
sa multorū problematū. Primo/ cur aqua pura elemē-

taris nō est gellata: licet sit sūme frigida/ qā nō hēt has  
exhallationes cōmixtas. **C**Secundū problema cur  
gelu est leuius aqua, dico ex duobus, qā minus frigidū  
cū sit mixtū patet/ quia aqua est gravior eo cū ipsum su-  
pernatet: et grauius ceteris paribus est frigidius/ vt pa-  
tet de aqua magis frigida cadēti de alto/ et calida, ma-  
gis. n. sonat frigida, qā gravior. Scđo qā hēt exhallat-  
tiones leues leuificātes gelu: et si arguas contra primā  
causam gelu magis infrigidat/ ergo frigidius: nego cō-  
sequentiā, qā si magis infrigidat est qā habet plus de-  
formis, sicut nō valet magis super manū pōderat plum-  
bū equali portione terre/ ergo est magis graue.

**C**Tertiū problema/ cur ex aqua calida melius fit ge-  
lu/ dicas propter ēssē magis passibile et habere mixtū  
nē humorū ab igne calescente. **C**Lōdensatio vero est  
preexistentis quātitatis minoramentū/ que fit a calido  
et frigido, vt patet de coagulatione: si at tñ aliquid rare-  
fieri a fieri frigidius: vt patet de aqua calida sparsa sus-  
per lapides frigidos/ et de aere cū mutat de australi ad  
boreale: qā rare fit et infrigidat: q̄ rete fiat p̄z p Arist. 1.  
methē, dicēt q̄ tūc fluit ab angusto sphere/ ad amplū.  
**C**Notabis tñ egregie, qā motus pro acquisitione den-  
sitatē et oppacitatis sunt impertinentes: et idē dico de ra-  
ritate et dēsitate. Nā cristallus est dyaphans: et tñ den-  
sa cū sit aqua densata. vt Arist. 2. posteriorū. Unde pul-  
cre anno dē mēte Arist. 11. parti. problematū. pblev.  
52. q̄ dyaphaneitas attēditur in mixtis penes sub alter-  
nationē poroz: ita q̄ i cristallo sūt pori minutissimi vñ  
ex directo alterius/ et sic lumini cui est annexus incessus  
rectus: patet a ditus penetrandi ab vna parte in aliam:  
qui aditus nō patet in spongia/ licet rāriori propter es-  
se poros contortos. **C**In simplicib⁹ tamen attēditur  
dyaphaneitas vt in celis et elemētis penes rarum: quia  
si sunt in naturali dispositione carent poris.

**C**De principalī quēlito/ dico q̄ possibile est, vt patet in  
media regio. aeris que gelidior est estate: et tūc si cre-  
damus Alber. magno grando sit prope medium regio-  
nem aeris/ in infima tamen, et sit congellatio grandinis  
ex antiparisthasi vaporis suffientis a contrario/ et se for-  
tier vniuentis et congellantis.

**S**uper materia de proportionibus irrationalibus  
In septima difficultate/ addendum est q̄ licet dy-  
metri ad costam sit proportio irrationalis/ in vere qua-  
dratis et perfectis: non tamen illud est vtrū in quadran-  
gulis. Nam in illis si est vnum latus/ vt quattuor pedū:  
reliquum vero vt tres/ projecta dyametro debet esse vt  
quinq;: quia quadratum eius est equale reliquis duobus  
quadratis/ que a reliquis duobus latribus pro-  
ducunt. s. 25. et ita est radix vt. 5. que est dyameſer. et. 5.  
ad. 3. est rationalis et ad idem est. s. ad. 4. q̄ vero quadra-  
tum dyametri sit equale alijs duobus/ patet ex illa vul-  
gata Euclidis propositione, quadratum quod a latere  
trianguli angulo recto oppositi describitur/ equū est re-  
liquis duobus quadratis que a reliquis duobus lateri-  
bus describuntur. Exemplum patet in figura.



